Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 304 [heute vermutlich: Nürnberg, Germanisches Nationalmuseum, Hs 125 400]

, 222.

Cod: CCCIV.

Chartac: Fol: Sæc: 15ti 16.

2
5.II.

Lamberti de Monte Dñi quæstio de Salvatione Aristotelis.

Lamberti de Monte Domini quæstio de Salvatione Aristotelis. Titulus operis est: "Quæstio magistralis a venerando magistro Lamberto de Monte artium ac sacre theologie professore exi, mio vigilantissime congesta. Ostendens per auctoritates scripture divine quid juxta saniorem doctorum sententiam probabilius dici possit de salvacione Aristotelis stagirite nati Nicomaci Grecorum omnium sapientissimi.

"Livida ne timeas rabidi canis ora libelle
Ibis in adversos: qui tueatur habes."

Hæc excipit Epigramma in Lambertum, quod, utpote, Hartzheimio in Bibl: Colon: incognitum, addere liceat.


In eximium excellentemque Artium et sacre Sophie professorem Dominum Lambertum de Monte

Epigramma.

Te decet eterne vir solertissime fame
Munus: et in nullo laus obitura die.
Te Lamberte senes clari. juvenesque loquentur
Et Mons a cujus nomine nomen habes.
Aurea te celebrat scripture pagina sancte
Te memorant turbe quelibet ora bone
Nunc iterum revisit tua fabula leta juventus
Fabula delicias inter habenda sacras.
Perque Nicomaci latebrosa volumina nati
Scire licet. toto credite vela freto.
Credite vela freto. tutum mare reddidit. ante
Quod nisi cum sequalis ventq et unda fuit.
Commento juvit anime phisicesq salebras
Non intellecti quo caruere libri.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 304 [heute vermutlich: Nürnberg, Germanisches Nationalmuseum, Hs 125 400]

, 223.



Pro meritis versus licet et referantur honores
In laudes hujus nil satis esse potest."

Opus ipsum praecedit brevis anonymi prologus in hunc modum: " Quartio incidentaliter mota diffusa tamen ac amplissima per venerabilem Magistrum nostrum Lambertum de Monte Sacra, tissime Theologie professorem extimium in sua lectione ordinaria prosequuta - - - Tum ob singularem amorem erga philosophorum princi, cipem Aresto. cujus doctrinam juxta fidelissi, mam interpretacionem sancti et angelici doc, toris Thome aquinatis Colonie in Gymnico mon, te quadraginta circiter annos propagavit ac per lucidissimas similitudines edisserit, uti sua post se relicta testantur preclara ope, ra. Tum eciam propter nonnullos pertinaci, ter dicentes Arestotelem - - - fuisse in statu eterne damnacionis! &c.

Que in fine questionis adduntur: Cum juxta Commentatoris &c. exhibet quoque Hartz, heim in Bibl: Colon: p. 213. Caterum Lan, bertus de monte Domini / von Herrenberg / fuit Canonicus ad S. Andrea Colonie, Decanus ibidem facultatis artium, ac Rector Uni, versitatis. Obiit ao 1499.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 304 [heute vermutlich: Nürnberg, Germanisches Nationalmus

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27655